



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus
necessariis

Cureau De Lachambre, Pierre

Coloniæ Agrippinæ, 1694

5. Ne lædas servum in veritate operantem, & dantem animam suam. Eccl.
7.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37935

universo largitur orbi, sic retine personam tibi obligatam in una perpetua dependentia.

Servus cui omnia confiduntur, nulla tamen sumitur notitia eorum quæ agit, erit brevi latro, fur, aut Dominus ipsius domus.

REGULA QUINTA.

Ne ledas servum in veritate operantem, & dantem animam suam.

Ecccl. 7.

PARAPHRASIS.

Non contrista servum qui ea facit quæ potest, & qui omnes vires & sanitatem impendit, ut tibi serviat.

Indignus es vita, si perversa tua phantasia sinunt pati eos qui te amant, & qui pro te solo vivunt.

REFLEXIO.

TAm benè operare, ut sit contentus, qui ingreditur domum tuam ad tibi serviendum, ut sit fidelis & felix, qui ibi moratur, & ut sit dives, si est possibile, dum domo tua egreditur.

Inde

Inde concipies honorem ; quia quilitas magnorum hominum est , eos magis efficere , qui fideliter & cum amore inserviunt. Non fac sicut quidam faciunt , qui sunt faciles & boni erga te , dummodo paupertate & miseria contenti vivant.

Aliunde non negliges quod tua interitus est & ita dispone , ut lucrum quod appetunt te faciunt , non ex alia parte , quam ex tua liberalitate aut tua prudentia proveniat & ut eorum thesaurus non crescat per tuam ruinam. Quia dedecus est videre quod quotidie videmus , divites famulantes & pauperes Dominos.

REGULA SEXTA.

Noli laborare , ut dixeris : sed prudentia tua pone modum. Prov. 23.

PARAPHRASIS.

Non obruas te laboribus , nec perdamus tuam sanitatem , ut tibi divitias accipias in mules.

Timor & prudentia , qua tibi dant modum , sunt praevidendi futura necessaria.